

DISPUTATIO VIII.

Aphorismi ex capite VIII.

1. Etsi renatos adhuc maneat κέρμα, 1. Petr. IV. 17. nullum tamen κατάκέρμα, Rom. VIII. 1. Contra Pap.
2. Condemnatio peccati in carne, non est sola exauctoratio, & deletio peccati, sed actus justitiæ vindicis. Contra Socinum.
3. Ἀδύνατον τῆ νόμῃ, legis implendæ ἀδυναμίαν convincit, v. 3.
4. Pessime conjugio sacerdotum Papa olim opposuit v. 8.
5. Ἀσφάλεια Salutis constat ex v. 16. Contra Dubitant.
6. Hæreditas cœlestis Patrimonii prorsus gratuita est, tum quoad jus ad rem, tum quoad jus in re, v. 17.
7. Ἀποκαταδοκία & gemitus creaturarum arguit, totius mundi futuram aliquando annihilationem, secundum substantiam, v. 19. & seqq.
8. Catena salutis, quam Apostolus concinnat v. 29. & seq. omnem fatalitatem & absoluti decreti ἀνάγκην excludit.
9. Regenitos nulla res solvit ab amore DEI, excepto uno peccato, quod cum est προαίρετον, cum gratia Divina est incompossibile, & consequenter gratia Divina est amissibilis.
10. Si nulla condignitas passionum ad gloriam futuram, omnis meritoria & satisfactio justitiaria exclusa est.

DISPUTATIO IX.

Aphorismi ex capite IX.

1. Caput IX. ad Rom. de prædestinatione & reprobatione æterna secundum literam non agit.
2. Sicut differunt ἀνάθεμα & ἀνάθημα, ita Apostolus optat ἀνάθεμα fieri, non tamen absolute reprobatum, v. 3.
3. Christi vera & æterna Deitas luculenter asserta v. 5.
4. Jacobi & Esavi geminorum diversissima fors Genethliacorum nænias & superstitiones valide refellit, v. 10. & seqq.
5. Jacobi dilectio & Esavi odium, absolutæ vel electionis vel reprobationis argumentum non est, v. 13.

6. Nec